ORATIO LITERARIS RHETORICA
IN ENCOMIUM INCLYTI PARENTIS

DIVI ISIDORI,

ARCHIEPISCOPI HISPALENSIS,
ET EGREGIJ HISPANIARUM DOCTORIS,
PROLATA IN COLLEGIO HISPALITANO
EIDEM SANCTISSIMO MYSTARCHI
CONSECRATO,

A D. JOANNE CAMPELO, ET FERNANDEZ,

IPSIUSMET PALLADIJ CÆRULEà TRABEà
INSIGNITO ALUMNO,

DIE IV. MENSIS APRILIS ANNI DOMINI
M. DCC. LXIX.

AD D. D. DIDACUM

ALEXANDRUM DE GALVEZ,
QUONDàM SENARIO PUSIONUM OCCENTO-
rum Almæ Metropolitanæ, ac Patriarchalis Ecclesiæ
Hispalensis numero adscriptum, postmodùm in præfato
Athenæo Collegam, nunc autem ejusdem Sanctæ
Patriarchalis Basilicæ dignissimum Præben-
datum, sponte dicata.

Nacto permissu, Hispali, apud Typificem Majorem ipsius-
met Nobilissimæ, Fidelissimæque Civitatis.

AD D. D. DIDACUM ALEXANDRUM de Galvez, quondam senario Pusionum Occentorum Almæ Metropolitanæ, ac Patriarchalis Ecclesiæ Hispalensis numero adscriptum, postmodùm in Divi ISIDORI Athenæo Collegam, nunc autem ejusdem Sanctæ Patriarchalis Basilicæ meritissimum Præbendatum,

HEROICON.

Sorte quidem gaudet nostrum fælice Lycæum,
Domne, novam Laurum potiens, & Stemma decorum,
Quod sibi conspicuè adjecit Dominatio Vestra,
Lautitijsque simul præclaris attulit illi.
Nobilitans vestrum Specimen nos ducit in altum
Culmen, & auxesim nostro præportat honori,
Dùm Chlamydem faustam magnâ catexoche lustrat.
Vester splendor adest insignis gloria nostra,
Perfugium tutum, prosper Protector, Asylum,
Munificum nobis præstans, gratumque favorem.
Sic placido nutu vestro, pietateque freti,
Jucundi vestras ad cellas mittimus Aras
Corde fideli nostro hujus Libamen Opellæ,
In celebrem laudem, plausum verumque paratæ
Principis Excelsi, vestri, nostrique Patroni.
Sic noster respectus munia debita complet.
Mitis si obsequium recipit dignatio vestra,
Offerimentum summâ prosperitate fruetur.

VESTRÆ Dominationis cernui
Clientes, & addictissimi Servi,

Franciscus de Ossorio Benitez.
Joannes Lopez Bezerra.
Josephus de Escobar, & Castro.
Franciscus Ros, & Gonzalez.

OStentum quidem Universi magnum, Decus pertaustæ Hispanicæ Ditionis majus, Stemmaque ipsiusmet Ecclesiasticæ honorificentiæ maximum, hacci-ne hemerâ fideli Nostrûm recordationi, & jucundæ solemnitati àdvenit.

(Tèr Illustris, tèr Nobilis Senatus,
Qui in Hispaniæ Metropoli celsiori
Sacer sublimis Princeps exaltatus,
Tanta tuo est exelsitas honori,
Ut amplitudo illius magnificentiæ
Totam compleat Sphæram excellentiæ.
Frugiferum Tritoniæ Viridarium,
Quod sub Heri præmagni protectione
Optimæ probitatis Seminarium
Ades, cum plena Sophiæ productione,
Ad tuæ æstimationis incrementum,
Et decoris vetusti fulcimentum.
Omniumque Adstantûm florida Corona,
Cui exornatio est doctæ prudentiæ,
Nestoreæ facundiæ instructio bona,
Possessio disertissimæ eloquentiæ,
Urbanitas venusta & decorosa,
Comitas, ac politia generosa.)

Oſtentum quidem Univerſi magnum (ajebam) Decus perfauſtæ Hiſpanicæ Ditionis majus, Stemmaque ipſiusmet Eccleſiaſticæ honorificentiæ maximum, haccine hemerâ fideli Noſtrûm recordationi, & jucundæ ſólemnitati àdvenit. Prodigium vtiquè Sanctimoniæ, Miraculum Sapientiæ, & Thauma Doctrinæ recenſere, Portentum quoquè operûm mirabilium, laborûmque egregiorum in cernuum Æternæ Majeſtatis obſequium, & vberiorem hominum profectum, enarrare, meæ exilitati ſummá præditæ veneratione, ſuperiorique obſtrictæ juſſu, proponitur.

Nemo jam neſciet Objectum Sacrum, ad cujus declamationem iſthæc Rhetorica Exhegeſis efformatur. Patet quippè, eſſe Inclytum Parentem, & Egregium Doctorem Iſidorum, qui Univerſi totius extitit Oſtentum magnum in Sanctitate, Peritiá, Diſciplina, atque aſsiduis, & quidem mirificis, operûm ædificantium, laborûmque proficientium editionibus; queiscum & ſibi, præter præconia Famæ, Sacras Laureolas, Adoreasque beatas eſt indeptus, & Nationali Patriæ majorem illuſtris nominis celſitudinem acquiſivit, ſimul atque fauſtiſsimo, & maximè celebri Hiſpalis Emporio, ejusque Magnificæ Patriarchali Eccleſiæ, cujus Suprema Archiepiſcopalis Sedes hujuſce fulgidi Luminaris præexcelſum adfuit Candelabrum, innumeras honoris prælationes in perpetuum accrevit.

Iſte profectò Sanctiſsimus Antiſtes Apoſtolicum munium ſecutus, prout verus, fideliſque Evangelicæ Inſti-

Institutionis Sectator, & Moniti mirandi â Divino Dictatore dilectis Discipulis prolati obsequelæ constantèr traditus, inter omnes probitatis suæ exercitationes, tùm Proximo beneficas, tùm quoquè Altissimo gratas, & esse Sal terræ, & esse Lux mundi avidiùs intendit, terram vt condiret, ac mundum illustraret.

Sed nunc rogare liceat: quânam animi contentione, quo voluntatis motu, quonam mentis studio, & quo cordis desiderio Sacerdos magnus Isidorus istud negotium aggreditur? Verè quidem hominum beneficentia, & Christi Domini r spectus, ipsiusque præceptionis observantia intimam Isidoro motionem induxère. Hac tantummodò de causa, suoque pio consilio scopum arripuit vtrumvis, procul inanis gloriæ consectatione, absque humanæ vanitatis indiculis, neutiquàm propter auram, & plausum popularem, minimè ob mundani commodi, atque vtilitatum adeptionem, nec præ terrenis divitijs, & honoribus, quas siquidem levitates maximo despectu vsquequaquè rejecit.

Sal terræ, igitur, Isidorus constitutus, nunquàm evanuit, haud quaquàm desipijt, atque infatuationis expers omninò permansit: suapte enim virtute, & perfectione ita Salis proprietatum firmitudinem ritè, purèque asservavit, vt rebus omnibus gratum, ac proficuum intulisset saporem, easque plenè præservare, & planè sospitare non desijsset. Mirum in modum

dum

dum cunctis gentibus ſcientificâ vì, dulci Doctrinæ ſanæ acrimoniâ, ſapidóque eloquio condita, recta docimina invexit, ac paritèr optimo vitæ genere, integritatis ſummâ claritudine, ſalubri laudabilium morûm efficaciâ, & crebro vividi exempli ſtimulo, omnes ad magnam ædificationem percivit, ad ipſiusque ſanctam imitationem allexit. Itaque noſter Hiſpanus Heros Apoſtolicus, & inſignis Præſul Hiſpalenſis, Iſidorus, vt Sal præſtans, & ſelectus, terræ prætioſius, atque vtilius condimentum omnimodè perhibuit.

Inſupèr, vt Sal terræ, magnus Iſidorus, ad omnium vitiorum medelam, improbitatûm correctionem, & parandum exterminium languoribus, queis homines vexabantur, & ægreſcere aſſueſcebant, ſuam virtutem certo certiùs ſingularem, atque præſtantem energiam ſatis, ſuperque exercere curavit, ingenti vtique omnis terræ profectu, perennique conditu, ac tandem admodùm tutâ, & firmâ ſanitatis reſtauratione; præcipuè autem contra lethiferam Hæreticæ, pravitatis luem, quæ ſævâ pernitie plures populos infeſtatura graſſabatur.

Inſimùl ſecundo muneri Apoſtolico Sacer Princeps Iſidorus exactum, proprium, & legale complementum ſummoperè adhibuit. Lux mundi ab vniverſo hominum genere hic celſiſsimus Hiſpaniarum Exarchus indeſinenti jugitate inſpectus eſt, atque eorumdem benefacienti illuſtrationi ferventèr, & indefeſsè di-

dicatus. Clarifsimo fuæ Sapientiæ lumine purifsimum Fidei nitorem pellucidè fuffulfit, nimiùm exclaruit, & ampliùs diffudit, veraciaque ejus dogmata fufiùs ostendit, & vndiquè firmavit. Exindè plurium gentium rudes, atrasque infcitias penitùs depofuit: multos atque homines ferâ obcæcatione, à devijs, & tenacibus erroribus contractâ, funditùs fpoliavit, ipforumque mentes ad inductæ caliginis abalienationem accuratiùs promovit, & paritèr eis rectos, tutosque veritatis tramites clariùs patefecit.

Rutilescenti mitificæ, & perquàm fanæ Doctrinæ fplendore totius fpatiofi Orbis Accolis maximam difciplinæ illuminationem Ifidorus impertivit. Præter emicantia Documina Chrifticolis, in orthodoxâ inftructione, & Legis Divinæ obfervantiâ rectiùs firmandis, à fe tradita, & omnia Præfcripta, quæ radiantibus fulgetris efficacitèr improbis refutandis infperfit; fcientifico, & doctrinali jubare plures à femet educatos Difcipulos replevit, vt in mundum omni creaturæ prædicare Evangelium etiam inirent.

Plurimùm quoque Ifidorus refplenduit fcintillanti fulgore virtutis, & perfectionis ad fummam vsque integritatem, hujusmodique probitatis documentum mirandâ praxi cunctis gentibus ità expofuit, vt fuâ ædificatione, & exemplo ex eis felectum fructum in morûm reformatione, & probo vitæ, operûmque genere abundè deprompfiflet.

O Iſidore! Supremum Luminare,
Quod Hiſpalis clareſcens Hemisphærium,
Et illuſtras Hiſpanicum Imperium,
Et præbes Orbi lumen ſingulare:
Tuum Doctrinæ Donum peculiare
Apoſtolicum geſsit Miniſterium
Ita, vt cunctæ tuæ operationes
Vexiſſent Summi Dei ſatisfactiones.
Sal terræ fuiſti, præſtans condimentum
Homini ad infectionis libertatem,
Et fuiſti mundi Lux, quæ Cæcutientûm
In fide, depuliſti obſcuritatem:
Dei honori præmagnum incrementum
Dediſti, & Animabus fauſtitatem,
Et ſic factiones tuæ meritoriæ
Duxerunt te ad beatas ſedes Gloriæ.
Da nobis condimentum perfectionis,
Ut noſtræ æternæ convenit ſaluti,
Radianti influxu tuæ illuſtrationis
Nos puritati admove, & virtuti:
Ut particeps Cæleſtis fruitionis,
Fac, quòd benè parati, & conſtituti
Nos te in Æthereo Olympo videamus,
Et Domino Superno gaudeamus.

DIXI.